

QK. 268, 15



Summi in Theologia Honoris
TEMPLUM
PAULO PHILIPPO ROEBERO,
SS. Theol. Lic. Ecclesiae Freiber-
gensis Pastori Vicinarumque Super-
intendenti
Witteberge d. 20. April. M DC LXXV.
ingresso
applaudebant
PATRONI ET FAUTORES.

WITTEBERGÆ
Typis JOH. BORCKARDI, Acad. Typogr.

X 2125067



Summum in Theologiae Honoris

TEMPUM

PALLO PHILIPPO ROBERTO

SS. Theol. Lic. Ecclesiae Frider-

Statis Patroni Vicariorum Sacer-

dotum

Wendenburg & Co. N. N. M. B. C. L. X. X. N.

1773

Wendenburg & Co. N. N. M. B. C. L. X. X. N.

PALLO PHILIPPO ROBERTO

Wendenburg & Co. N. N. M. B. C. L. X. X. N.

Wendenburg & Co. N. N. M. B. C. L. X. X. N.

Wendenburg & Co. N. N. M. B. C. L. X. X. N.





Eusebii, ROBERE, decus, facunde To-
nantis

Præco, sacri sidus delictumq; cbori:
Dum Patrias in Te Virtutes fœnore largo
Restituis, mundi quas plaga cuncta colit;
Gloria supremo non passa carere tropæo
Dona animi, cœli de plua sede, Tui:
Leucoreumq; parans præclaris nobile palmis
Pegma, perennanti luce micare dedit.
Fulgeat his radiis seros Ecclesia in annos!
Tu jubar exauges illius; illa Tuum.

Johannes Andreas Qvenstedt D.

h.t. Acad. Rector.

Inclita Virtutis patriæ vestigia solers
Hactenus ingenii dexteritate premis.
Intima Theologies scrutatus viscera, cuncta
Sacraſti Eusebiæ tempora, cuncta DEO,
Dignus eras, sacri caperes qui Præsulis ampla
Munia, queis omni sedulitate præes.
Splendida nunc patriæ nactum fastigia Laudis,
Summus Theologici cingit Honoris apex.

A 2

Nos

Nos Tibi collatos meritò gratamur Honores:
Prosperet hos Summi Gratia larga DEI!
Fulgeat æternis Virtus ROBERIA seclis:
Doctores porrò procreet illa novos!

Johannes Meifnerus D.

MAGNUS ROBERUS docuit sacra dogmata Verbi
ILLUSTRIS WITEBERGA, Tuos, tua commoda
semper

Promovit precibus, studiis, celebriq; Suada.
Ast obiit MAGNUS ROBERUS, & optima Tempe
Cœlorum petijt, desideriumq; reliquit
Ipse Sui cunctis, laudatorumq; laborum,
Non obiit fama, factis meritisq; verendis
ROBERUS, similemq; sui post fata reliquit.
Vivit Is in Gnato Superintendente fideli
Ecclesie Freibergensis, Pastore piorum.
Eloqvium, Pietas, & cætera munera Patris
exornant Gnatum, sic multo dignus honore.
Hinc Witeberga sacros Ipsi decernit honores,
Doctōris titulos, & cætera summa Brabea,
Nos pia vota damus: FELICITER acclamamus!
Ipse Deus cali benedicat honoribus istis,
ROBERIq; Statum cælestibus excitet astris.
Multiplicet fructus, & commoda plurima ducat
Ex DOCTORE Novo, sic crescet fama perennis
ROBERI, Cætusq; DEI florebit in Urbe,
Et laudes Domino cantabit voce fideli!
Salve jam DOCTOR, felici sidere Salve!

Plurimum Reverendo DNO. Docto-
rando felicioris ominis ergo s.

Johannes Deutschmann D.

Exc.

EXerit in Nato se Virtus Patria, dum **TE**
ROBERI PATRIS Munus & ornat Honor:
Si **TE** nostra **PROFESSOREM** Witeberga videbit,
Quis **PATREM** in Nato vivere posse neget?

*Plurimum Reverendi atq; Excellentissimi
SUPERINTENDENTIS, Patroni &
Fautoris nunquam reconciliati mihi,
Doctoreis novis Honoribus applau-
dens facieb.*

JOACHIMUS Merger

D. & Prof. Pandect. Publ.

DOctoris Titulum dum mi **ROBERE** capeffis,
Theiologi summi precor ut cum laude Parentis
Attingas famam, virtutes, atq; beata
Nomina, queis tantus vir toti inclaruit orbi.

*Dno. Affini, Compatri atq; Amico ho-
noratissimo sic ex animo de novis
honoribus gratulabatur*

VVernerus Theodorus Martini

J. U. D. P. P. Ser. Elect. Sax. Con-
siliar. & Consist. Eccles.
Assessor.

HÆc demum vera & grata est sapientia, divo
Quam verbo & facto tradidit ipse Deus.
Verax & sanctus Deus est, qui non nisi vera,
Non nisi sancta probat: Spernit at omne malum,
Sic sapias, hoc & agis *Doctore*, pia dogmata calles,
Te sanctæ vitæ concelebravit opus.

A 3

Hinc

Hinc Tibi summus honos, tibi maxima gloria cedit,
Theologiae Doctor perpetue laude clues.

Gratulabundus apponebat

D. GODOFREDUS Strauß.

P. P.

ROBERIVirtus primos se tollit in ortus,
Et calet in NATO PATRIS operta iuinis.
Aspirat Witeberga, latentemq; excitat ignem,
Ac probat ingenij docta pericla Tui.
Utq; olim PALLUM stupuit pleno ore tonantem:
Sic Tu Freibergae PALLE-PHILIPPE places.
Hac Te miratur mystam, cum dogmata verbi
Tradis, & ad caeli sidera pandis iter.
Approbat, & multum tali se jactat Alumno
Leucoris, ac merito digna brabea parat.
His latere bonis, quae dat Tibi Numen amicum,
Ac felix longò tempore DOCTOR HAVE.

*Perquam Reverendo atq; Am-
plissimo Viro de summis Hono-
ribus ex animo gratulans
faciebat*

Balchazar Stolberg

Græcar. Literar. Prof. Publ. &
Collegij Philosoph.
h. t. Decanus.

MAGnum est, esse satum magno Patre: majus at alto,
ROBERE, ire gradu, quò vocat ipse suos.
Hinc clares utroq; genus dum Candidus ornas
Lauri, quam Virtus vindicat ipsa suis.

Eto

n! Tua per patrias tollit Te gloria sedes,
Teq; tui memorem Hominis esse iubet.
Omnia de salvâ, ROBERI laude laborant,
Hic, ubi labentis volvitur Albis aqua.
Sic, ubi Lympha secatet, tumidas qvâ Tybridos undae
Per vertit, divâ sic moderante manu.
Sic praecleara Patris post funera nomina crescunt,
Dum simili in cathedrâ Gradus honore nitet.
Ive Deo multos, temploq; Tuisq; per annos
Ex Domini bellis non nisi victor abi.

Summis in THEOLOGIA honoribus
Reverendi plurimum ROBERI
debebat

Christianus Röhrensees/
Phil. Pr. P. P.

Aurea cum nuper spectarem sidera caelo
Pauli ante omnes ventura in secula nomen
Sedibus illuxit nostris, atq; æthere fulsit.
Hinc ruit ad Sudetes splendor Muldamq; serenat,
Et Gnati pectus tacitis fervoribus urget,
Ut tanquam fomes magnos dum suscitât æstus,
Sese agitans subito totas erumpit in auras:
Sic & in augustum tendens sublimior ausus
Crescat in accenso velut ignis pectore motu,
Ne lateat, nec se tenebris abscondat in atris.
Ergo macte animo, Fribergæ gloria templi,
Surge Patri similis, lumenq; emittito sanctum,
It campi collesq; sonent, quos tingit amœna
Munzbachidum Najas Rôbera laudis imago.

Honori posuit

Conrad Samuel Schurzfleisch,

P. P.

B

Pano

Panditur Eusebia MUSIS plaudentibus ades,
Quattuor accipiunt digna brabea VIRI.
Hos inter sequeris Patrem, ROBERE, beatum
Cujus bonos in Te nescit in orbe mori.
Patria Theilogia summos gratatur honores,
Cui FRIBERGA suas jungit amica preces.
Vivat ROBERUS Pyllos felicitur annos,
Floreat ex voto ROBERIANA Domus.

M. Augustus Fleischhauer.
Archidiaconus Witteb.

Dum Magni sequeris vestigia clara PARENTIS,
Næ mihi gratandi copia grata datur.
Debeo multa quidem; sed paucis plurima dicam:
VIVAT ROBERUS maectus honore diu!

L. M. Q.
accinet.

M. Caspar Schmid,
Diaconus Wittebergensis,

Dum, Röbere, Tibi cum magno dantur honores
Applausu, quos hic Doctor habere potest.
Hinc meritò multi Tales gratantur Amici,
Sic quoq; felices opto precorq; Tibi.

M. Johannes Fabricius,
Eccles. Witteb. Dineanus.

Plu.

Plurimum Reverendo, Amplissimo, atq; Excellentissimo
DNO. DOCTORI ROEBERO
PATRIÆ ELOQVENTIÆ, atq;
GLORIÆ HÆREDI dignissimo
FELICITER!

Sic animas Manes magni, ROEBERË, Parentis,
Dum Te DOCTOREM Patria clara creat.
ROEBERI superant, WELLERIQ; enthea dona,
Quorum virtutes, oraq; docta refers.
Vive diu, Eusebiæ, & Sophiæ diademate clarus,
Et fac, ut in natis vivere fama queat.

Ολοκαρδίως gratulaturus, acclamat
M. Johannes Simon Schernhauer/
Weiffenschâ Thuringus Ecclesiastes Witteb.

Inclyta te Virtus in Te Genitoris Aviq;
Exerit egregiè, summe Patrone, Tui.
Röberisiquidem Pauli Galliq; Philippi
Laudibus eximijs Nomen & omen habes.
Maxima propterea nunc Te comitantur honorum
Præmia Theologici summa brabea chori.
Patria quæ tribuit totum celebrata per orbem
Applausu læto *Leucoris alma Tibi.*
Applaudo lætus, fundens hæc omnia fausta.
Prolixè ut Patres exsuperare queas.
Nomine præclaro, meritisq; tempore vitæ
Plusq; feras Iobolis magne Patrone paræ!
Plurimum Reverendo Eboro, Domino, Patrono, Affinî
ac Compatri honoratissimo, de summis in Theo-
logia honoribus devotè gratulab. scribeb
M. Godefridus VVitichelius
Nosensium Past. Ephor. Freib. Adj.

Nondum bis vidit Phœbus sua signa, nec ipse
Bis græcæ æstatis tempora grata dedit:
Cum tristem Lesum vultu, Rœbere, benigno
Dares, qui Fratris fata suprema dolet.
Nunc ego reddo, TIBI, gratus, Reverende Patrone,
Versum, qui cantat non nisi lata TIBI.
Gaudenti Patriæ jungo mea vota votantis
Et, salve Doctor! vox animusq; vocant.
Felix tantus Honor Jovæ deserviat, oro!
Et Patriæ toti commoda magna ferat!

*Hæc gratulab: ac devoti
animi verba ponebat*

M. Georgius V Vagnerus


Fac: Phil:adj:

Scandito Parnassi Rupem, permagne Robere
Virtutis Patriæ stella decusq; cluens.
Innotuere Polo sævo qui spectat ad austrum
Quorum virtutes nomine req; refers:
Gens omnis Paulum, Germania tota Philippum
Miratur, quantus laude Roberus eris.
Hosce sequens Patriæ redivivas siste favillas!
Laudis, quam gestas dotibus ingenij.
Sic fiet tres Herodes junguntur in unô,
Sic Doctoris honos faustus & amplus erit?

*Observantiam suam testaturus supremis
honoribus fausta quevis submis-
sè precatur*

Johannes Lehmann,

Jüterbocensis Saxo
S. S. Theol. Stud.



ESTO BONUM FACTUM: faveat cum cælicus æther,
Sic, Patris exemplo, Nomen ad astra feres.

Andr. Sennertus P. P.

Academ. Sen.

EST decus eximium, proavos habuisse probatos;
Non minus, esse bono de genitore satum:
Majus adhuc multò, factis insistere avitis,
Nec quid ab ingenio degenerare patris.
Hæc, inquam, demum laus est genuina decusvè,
Hic honor, exsuperans nominis omne genus.
De Te, Vir nobis perquam Reverende, quid ausim
Dicere, quem cunctis splendor uterq; probat?
Natus eras illo ROBERO Patre celebri,
Cujus adhuc laudes Leucoris alma sonat.
Hoc nasci haut sat erat: Virtutes ipse paternas
Æqvans jam tandem digna brabea capis.
Gratulor ex animo meritum Doctoris honorem,
Quodq; brevi voveo det DEUS esse ratum:
Non desint unquam ROBERI ex stirpe nepotes,
Cum quibus hic Titulus succubuisse queat,

apponebat

Christianus Trentschius, P. P.

POST fata sicuti renasci dicitur
Gangetis accola ales, aut ut, vesperi
Qui cesserat Phœbus, redintegrat suos
Ortus diebus singulis: Ita & Parens,
Robere, de novo incipit jam vivere
In Te Tuus, nec mortuus dici potest.
Namq; ingenî non dotibus tantummodo

Eam

Zel 6688
OK
eum, sed & novis refers honoribus;
Qvos ut capeffas, comprecor, feliciter.

deproperab.

Constantinus Siegra/
D. & PP.

ERgo PATRIS MAGNI redit in præcordia FILII
Laus, honor, & virtus, & pietatis amor?
ROBERO robur divinum Numen ab alto
Conferat, ut PAULLI gloria robur agat!

*Plur. Reverendo & Amplissimo
Viro animitus gratulab.*

Georgius Casp. Kirchmajerus
Eloqv. P. P.

Pæctora Patris habet virtus, ac spiritus idem
enthus ora ciet, VIR VENERANDE Tua.
Et qvos obstupuit vultus Witeberga ROBERI
Olim, Freibergam nunc animare solent.
Nunc quoq; Patris honos ac felix Purpura circum
Tempora, quæ dudum promeruere, nitent.
O TE felicem! capit ornamenta ROBERI
Nunc nova Præclarum Nomen & astra petit.
Insuper & PATRIS NATIq; Ecclesia laudes
Æternô nisu commemorasse studet.

gratulatur

Georgius Green
Hist. P. P.

THEisophia acqviris dum Vir Venerande, Tiaram,
Leucoris omnis ait: Splendide Doct̃or ave!

En!

QK. 268, 15

Summi in Th
TEM
PAULO PHIL
SS. Theol. Lic.
genfis Pastori V

Witteberge d. 20.

PATRONI E


Typis JOH. BORG

BIB
PONI

UNIVERSITÄT

Z d
6688

790



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

